Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD ROMANOS

ijetur. Reliquae ad timotheum. Pri
ma quem admonuit se agat. Ad ti
tum ut credant sibi. ecclesiam uero or
dinet. Ad philemonem. de onesimo
seruo. qui renuntiatus melior fratris

Romani Prologus. Qui
sunt in partibus italie. hi
pruenti sunt a falsis apli
sub nomine domini iesu christi le
gem et prophetas erant inducti. hos
reuocat apl̃us ad ueram et euãgeli
cam fidem. scribens eis. Accepimus.

Incipit epistola pauli ad Roma
nos.

Paulus seruus ie
su christi uoca
tus apl̃us segre
gatus in euan
gelium dei. quod
ante promisit
per prophetas
suos in scripturis sanctis de fi
lio suo qui factus est ei ex sem
ine dauid secundum carnem
Qui predestinatus est filius dei
in uirtute secundum spiritum
sanctificationis ex resurrecti
one mortuorum iesu xpi do
mini nostri. per quem accepimus
gratiam et apl̃atum ad obedi
endum fidei in omnibus gen
tibus pro nomine eius. in quibus
estis et uos uocati iesu christi
omnibus qui sunt rome di
lectis dei. uocatis sanctis. Gra
tia uobis et pax. a deo patre nro
et domino iesu christo. Primũ
quidem gratias ago deo meo
per iesum christum pro omnibus uobis
quia fides uestra annũciatur in uniu
erso mundo. Testis enim mihi est
deus cui seruio in spiritu meo in
euangelio filii eius. quod sine in
cessabili memoriam uestri facio
semper in omnibus meis. obsecrãs
si quomodo tandem aliquando prospe
rum iter habeam in uoluntate dei ue
nendi ad uos. Desidero enim uide
re uos. ut aliquid impertiar uobis
gratiae spiritalis ad confirmandos
uos. id est simul consolari in uobis
per eam quae inuicem est fidem uestram
atque meam. Nolo autem uos ignorare
fratres. quia sepe proposui uenire
ad uos. sed prohibitus sum usque
adhuc. ut aliquem fructum habe
am in uobis. sicut et in ceteris gen
tibus. grecis ac barbaris. sapien
tibus et insipientibus debitor sum.
ita quod in me promptum est et in
uobis qui rome estis euãgelizare.
Non enim erubesco euangelium. Vir
tus enim dei est in salutem omni credenti
Iudeo primum et greco. Iustitia enim
dei reuelatur in eo. ex fide in fidem
sicut scriptum est. Iustus autem ex
fide uiuit. Reuelatur enim ira dei
de celo super omnem impietatem
et iniustitiam eorum hominum qui
ueritatem dei in iniustitia detinent
quia quod notum est dei. manifes
tum est illis. Deus enim illis mani
festauit. Inuisibilia enim illius ab
origine mundi. per ea quae facta sunt
intellecta conspiciuntur. Sempiter
na quoque eius et diuinitas